



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia 8. Desiderium fruendi Christo in Ioanne Ioannes Ad Christvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Exponit dominus cælum venale sub hastâ,
 Et silet elinguis paupere præco specu ?
 Gratia pacali præcingit fronde tribunal;
 Et qui vincla reis addita soluat, abest ?
 Pulcher hymen, pulchra de Virgine floret IESVS;
 Et gemit obscuro pronubus ipse toro ?
 Dum queror: è motis tremuere repagula claustris.
 Currit io; certè currere gestit amor.
 Currere gestit amor, pia donec ad oscula Christi
 Iunxero nectareis nupta labella genis.
 Me quocumque trahet, sequar illice vincitus ocello.
 Hinc radius cordi blanda catena meo est.
 Vinciar hoc radio! radius dum crescit in astrum;
 Crescit ab hoc astro fulua corona comis.

Elegia 8.

Desiderium fruendi Christo in Ioanne:
IOANNES AD CHRISTVM.

O ego te quando rerum dulcissime ? quando
 Astringam tenerâ lactea colla manu ?
O mea spes ! ô vita, salusque ! ô ignis, & astrum ?
 O quot sub grauido pectore vota tument !
O ego quas lacrymas ! quæ suavia, & omina vitæ !
 Quos ego complexus, vincula riuncta fano !
O quo ego his oculis soles decerpo ! quo ignes ?
 Ne nox ora premat, corda nec vrat hiems.
Astrifer innumeris oculis licet ardeat æther,
 Parvule plura tuis sidera duco genis.
Non ego mille dies numero, longosque labores,
 Annua quos lentis cura reuoluti equis.
Nec mea spes seros sua vota recudit in annos.
 Appulit huc subitum lux inopina iubar :
Grandæuumque nefas, & auita piacula purgat:
 In pueri pueros quid nisi pura decent ?
Nulla reum si noxa grauat iam digna catenis;
 Ut quid adhuc noxae mea rea vincla tenent ?

Intexitque

Inexitque suo me mater auara dolori.
 Dic, alios compes stringat iniqua pedes.
 Si suis; abrumpam, lex obstrebit aspera lethi.
 Nil mihi cum letho, mens cui plena Deo est.
 Quid traho longæuos ad ferrea pensa labores,
 Cui radio tangit cor propiore puer?
 Et cui cor dulci flos nectaris imbuit imbre.
 Non sine luce, faui quæ simul instar erit.
 Quot meus his radios prælibat ocellus ocellis;
 Et mens illecebris ebria delicuit!
 Quid si porrò sinas, largâ mens hauriat vrnâ
 Hoc de fonte merum, tum mare dulce fluet.

Elegia 9.

Nondum natus Christo viuit Ioannes.
 Ioannes ex utero matris adloqui-
 tur I E S V M.

V T puer est, queritur quid nescio flibile vates;
 Voluitur arcanis muta querela labris,
 Sed quid opus lingua, linguae fugacibus auris?
 Flens oculus tacitis cuncta loquetur aquis.
 Quid loquitur, quæreris? placido persuader ocello,
 Et vocat amplexus ô puer alme tuos.
 Quâ licet, ire lubet, quid adhuc moror? ite catenæ.
 Eia celer volucri spes pede rumpe moras.
 Claustra vetant, sed perspicuâ qui lucet ab aluo,
 Ille mihi tenui murmure dicit, abi.
 Promptus abi, victorque reis erumpe latebris.
 Si via septa fugæ est; vis breue rumpat iter.
 Qui procul immensum spatians eludit in orbem,
 Includi modico limine nescit amor.
 Victor amor rerum; cui non caput ille triumpho est?
 Et pede captiuo vincula serua trahit?
 Effringam. rigidis sed nexa repagula claustris;
 Stat manus in manicis, compedibusque pedes.
 Sic tamen erumpam, per & inuida & inuia rerum.
 Quâ præxit hic Verbum, vox neget ipsa sequi?

Pv

Ibe